

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0521

Sabato 10.08.2013

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL 1025° ANNIVERSARIO DEL "BATTESIMO" DELLA RUS' (KYIV, UCRAINA, 17-18 AGOSTO 2013)**
- ◆ **RINUNCE E NOMINE**

- ◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL 1025° ANNIVERSARIO DEL "BATTESIMO" DELLA RUS' (KYIV, UCRAINA, 17-18 AGOSTO 2013)**

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL 1025° ANNIVERSARIO DEL "BATTESIMO" DELLA RUS' (KYIV, UCRAINA, 17-18 AGOSTO 2013)

Il 15 giugno scorso è stata pubblicata la nomina del Card. Audrys Juozas Bačkis, Arcivescovo emerito di Vilnius, ad Inviato Speciale del Santo Padre alle celebrazioni del 1025° anniversario del "battesimo" della Rus' (Ucraina), previste a Kyiv nei giorni 17-18 agosto 2013.

La Missione Pontificia al seguito del Cardinale Audrys Juozas Bačkis sarà composta da:

- Rev. P. Justyn Boiko, M.S.U.;
- Rev. Don Ihor Shaban, incaricato della Chiesa Greco-Cattolica per i rapporti ecumenici.

Pubblichiamo di seguito la Lettera di Papa Francesco al Suo Inviato Speciale:

● **LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri Nostro

Archiepiscopo emerito Vilnensi

Magnopere Ecclesia in Ucraina laetatur quod mille ac viginti quinque annos abhinc gens Russiae Kioviensis sacramentum Baptismi, omnium Dei beneficiorum "praeclarissimum et praestantissimum" (S. Gregorius Nazianzenus, *Oratio* 40), in flumine Borysthensi accepit. Eo quidem tempore, quamquam gratia divina iam solum illius terrae reddiderat fertile, copiosiores fructus e praedicatione Evangelii omnino sunt nati. Magno enim ardore sanctus Vladimirus, princeps Kioviensis, mores populi sui corrigendos curavit ut quisque perciperet amorem proximi cum Dei amore esse arcte conexum. Ad aquas salutis ipse nempe invitavit omnes: iuvenes et virgines, senes cum iunioribus, omnes coetus et classes, primores atque populares, ut, "in una spe vocationis" vocati, solliciti servarent "unitatem spiritus in vinculo pacis" et unum Deum et omnium Patrem adorarent (*cf. Eph* 4, 3-6).

Caritas benevolentiae, qua amatissimum populum Ucrainum complectimur, postulat sane ut illi huiusmodi anniversarium recolenti adsimus bene ominantibus verbis, Nostras orationes significantibus. Quamobrem haud inviti suscipere volumus postulationem Suae Beatitudinis Sviatoslai Shevchuk, Archiepiscopi Maioris Kioviensis-Haliciensis, qui preces ad Nos admovit ut aliquem mitteremus virum qui Nostram gerat personam Nostramque afferat salutem. Ergo ad te, Venerabilis Frater Noster, mentem Nostram convertimus, certi te esse praeditum iis animi et ingenii laudibus quibus exspectationi omnium satisfacias. Te igitur hisce Litteris MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM nominamus ad celebrationes millesimi vicesimi quinti anniversarii Baptismi gentis Russiae Kioviensis quae diebus XVII et XVIII proximi mensis Augusti sollemniter Kioviae agentur. Tam vero huiusmodi eventus gaudiorum optatissimam praebet exultandi occasionem non solum Praesulibus et fidelibus Ecclesiae Graecae Catholicae Ucrainae, sed etiam fratribus ritus Latini aliorumque rituum, quandoquidem unus idemque est Spiritus qui ditissima dona largitur ac mirabilia operatur (*cf. 1 Cor* 12, 11). Cunctos ideo participantes adhortaberis ut, viribus collectis consilioque communi capto, Evangelium sponte ac libenter una voce annuntient. Omnes insuper adstantes exhortare ut precibus, meditatione nec non spiritualium necessitatum consideratione fidei zelo in vita cotidiana ferveant. Coram civilibus auctoritatibus momentum huius anniversarii demonstrabis nec non eius sollicitudinem de totius populi progressionem et bono.

Cunctos Ucrainae Pastores ceterosque sacros Praesules ibi congregatos, sacerdotes, religiosos viros mulieresque et christifideles laicos ad maiorem usque spiritalem unitatem adhortans, Nostro salutabis nomine Nostramque iis ostendes benevolentiam.

Nosmet ipsi Te, Venerabilis Frater Noster, intercessionem Sancti Vladimiri et Sanctae Olgae suppliciter invocantes, in tua missione implenda precibus comitabimur Tibique Benedictionem Apostolicam libentes impertimur, signum Nostrae erga Te benevolentiae et caelestium donorum pignus, quam omnibus celebrationum participibus rite transmittas volumus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XV mensis Iunii, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

FRANCISCUS

[01157-07.01] [Testo originale: Latino]

RINUNCE E NOMINE

• CONCLUSIONE DELL'INCARICO DELL'ORDINARIO MILITARE PER L'ITALIA

In conformità alla Legge italiana che regola il servizio di assistenza spirituale alle Forze Armate, S.E. Mons. Vincenzo Pelvi, Arcivescovo Ordinario Militare per l'Italia, il giorno 11 agosto p. v., al compimento del 65° anno

di età, lascia l'incarico di Ordinario Militare per l'Italia.

[01158-01.01]

[B0521-XX.02]
